



Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

73. Protagenes Sacerdos rectè de sacra sua hostia sumit particulam,
eaque communicat Laicum, si rationabilem huius faciendi causam habeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

quæ non habet locum quoad defunctos, cùm tantum sint capaces indulgentiarum per modum suffragij. Tum quia nullus homo habet potestatem dispensandi merita Christi & Sanctorum præter Summum Pontificem. Tum quia quando Pontifex concedit indulgentias pro omnibus fidelibus, non intelliguntur defuncti, vt ex communi docet *ut. Author. n. 235.* Tum quia praxis Ecclesiæ habet, vt semper fiat specialis mentio Indulgentiarum pro animabus, si istis Summus Pontifex applicari velit. Ergo contra ipsius mentem fit hæc applicatio, quando ipse nullam illarum facit mentionem.

Ad primum in contrarium dicimus, obstat ius diuinum soli Summo Pontifici concessum dispensandi merita Christi & Sanctorum. Ad secundum Non omnia utiliter practicari à quolibet, sed tantum ab habente potestatem; alias etiam involare auderem in alienas pecunias, vt ex ijs utilitere elemosynas facere possem. Ad tertium negamus consequentiam; nam applicare illas priùs non possum, quām faciam meas, hoc ipso autem iam non sunt amplius applicabiles alteri, cùm consistant in remissione pœnæ per modum absolutionis, vt diximus.

LXXIII. *Protagenes Sacerdos in Messe Sacrificio subinde de Saurâ suâ hostiâ particulam sumit, eaque communicat personâ Sacre ipsius presentem. Quæritur. Rectè ne hoc faciat?*

Vide-

Videtur, quod non. Ita aliqui apud Dian.
P. 3. Tr. 4. Ref. 34. Cùm ipse Sacerdos sumere
totam hostiam debeat.

Resp. Protagenem licet facere, si aliquam
rationabilem causam habeat v. g. si persona
illa non habeat aliam missam, nec expectare
diutius possit &c. Ita Dicastillo de Sacr. Tr. 4.
D. II. dub. 6. num. 115. Ratio sumitur ex eo,
quod nec ex naturâ rei, institutionis scilicet
Sacramenti, nec ex iure aliquo constet, id es-
se prohibitum, ut pluribus ostendit cit. Au-
thor. Quod si tamen absque vllâ necessitate id
faceret, aut solo animo obsequendi deuotio-
ni personæ ex eadem Sacra Hostia cum Sacer-
dote comunicare desiderantis, peccaret. Tū
quod ageret conta vnlversalem Ecclesiæ mo-
rem. Tum quod irreuerentia aliquam contra
Sacrificium Missæ committeret; nondum ta-
men peccati mortalis arguerem, quia non vi-
detur materia grauis irreuerentia, & singula-
ritatis; et si per accidens varia incommoda &
mala immisceri, ac sequi inde possint, ideoq;
non facile permitti debeat. Atque ex his pa-
tet ad rationem in contrarium.

LXXIV. Quadratus Juvenis 22. annorum
nullâ ratione à lege jejunij exceptus, ait in colla-
tione vespertinâ diebus jejunij sibi præter panem
apponi offam, pisiculos, lacticinia, acetaria, ole-
ra, fructus, &c. Quæritur. Quomodo inter hæc
salvo jejunio, gerere se debeat, hoc enim vehemen-
ter scire desiderat?

H5

Vide-

cum
mo-
abets
San-
Tum
ntias
r de-
r. n.
sem-
i pro-
icari
: ap-
facit

stare
ssum
. Ad
qno-
aliás
nias,
. Ad
ppli-
me-
s ap-
tione
nus.
e Sa-
i su-
præ-
ide-